G. Explicatio per membra tria:

- 1. *Quàm latè ſe hæc virtus extendat, vel in quibus rebus conſiſtat, videl.*
  - *1. In agnitione diuinæ eſſentiæ iuxta quam Deus eſt unus & trinus, ut ſuo tempore copioſius & quidem firmiſſimis argumentis in doctrina vel loco de Deo demonſtrabitur. &c.* Salmuth. Hun. Menc.
  - *2. In agnitione voluntatis diuinæ, iuxta:*
    - *Legem, &c.* Ibidem.
    - *Euangelium. &c.* Ib.
- 2. *Per quæ media poſſimus venire ad veram Dei agnitionem, Illa verò indicantur:*
  - *Negatiuè, videlicet non per rationem & calliditatem humanam, ſiquidem illa in rebus diuinis planè ſtupida & cœca eſt, ut dicitur 1. Cor. 2. Animalis homo non eſt capax eorum q̃ ſunt Spiritus Dei: Sunt enim ei ſtultitia, nec poteſt ea cognoſcere quia ſpiritualiter dijudicantur. &c.* Fiſch.
  - *Affirmatiuè, & quidem:*
    - *Immediatè a Deo ipſo, ut dicitur Syr. 1. Omnis ſapientia (hoc eſt, Agnitio Dei) à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum. Et Matth. 11. Nemo novit filium, niſi Pater: neq; Patrem quiſquam nouit, niſi Filius, & cuicunq; voluerit Filius reuelare. Hinc Irenæus: Deum diſcere nemo poteſt, niſi Deo docente. &c.* Friderich Roth. *in explicat. Syracidis*
    - *Mediatè, & quidem ex:*
      - *1. Creatione & conſeruatione omnium creaturarum. Syr. 1. Deus effudit ſapientiam ſuper omnia opera, & ſuper omnem carnem ſecundum datum ſuum, & præbuit illam diligentibus ſe. Hinc Poëta 1 præſentemq; Deum quælibet herba refert. Et Rom. 1. inquit S. Paulus: Quoniam id quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in ipſis, Deus enim eis manifeſtum fecit. Ipſius enim viſibilia, dum ex rebus conditis intelliguntur, ex creatione mundi perſpiciuntur. &c.* Ibid.
      - *2. Reuelato verbo, quod:*
        - *Confirmatur ſcripturæ teſtimoniis, ut Syr. 1. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis, & ingreſſus illius mandata æterna. Rom. 10. Ne dixeris in corde, quis aſcendet in cœlum, & propè eſt verbum &c. Joh. 5: Scrutamini ſcripturas. &c. Joh. 17. Sanctifica nos in veritate, verbum tuum eſt veritas. &c.* Fiſch.
        - *Illuſtratur ſimili 2:*
          - *1. Vt nemo aptis oculis poteſt intueri ſolem ſine umbraculo: ita ſine medio verbi nemo poteſt agnoſcere Deũ.* Id.
          - *2. Quemadmodum homo in tenebris agnoſcitur voce ſua, præſertim ſi notus eſt: Ita &c.* Id.
      - *3. Illuminatione Spiritus ſancti. Syr. 1: Deus creauit ſapientiam in Spiritu ſancto, & 1. Cor. 12. Nemo poteſt dicere Jeſum Dominum niſi per Spiritum. &c.*
- 3. *Vide liter.* H.